

Monifigine ad ea Doceffine Hsiae
Praecepit omni pueris cuius
Bogednide

VIRO
NOBILISSIMO ATOVE DOCTISSIMO
IO. SIGISMVNDO
HEINSIO,
MORVM STVDIORVMQUE SVORVM
MODERATORI
COLLATOS IN ACAD. LIPS.
A. D. XVI. KAL. MARTII, A. R. S. 1000
MAGISTERII HONORES
GRATVLLARI VOLVIT
ADRIANVS STEGERVS,
IVNIOR.

LIPSIAE,
TYPIS IMMANVELIS TITII.

21

AK

Nobilissime atque Doctissime Heinsi,
Præceptor omni honoris cultu
prosequende,

ATRIO
NOBILISSIMO ATQUE DOCTISSIMO
SIGISMUNDO
HEINSIO
MORVM STUDIORVMQVE SORVM
MODERATORI
COLLEGATORI AEGD. LIPS.
AD MVL. KAL. MAR. 1511. R. 1000.
SIGILLUM HONORIS

 Ccipe benevolā fronte epistolam,
quæ meæ in TE pietatis & obse-
quii interpretēm aget. Cum
enim Sapientum Ordo summos in
Philosophia honores hoc tempore TIBI decernat,
mibi temperare non potui, quin aliorum plausibus
mea quoque vota jungerem, honoresque TVOS
faustos fortunatosque juberem. Si non est faci-
le arctior nexus jucundiusque commercium, quam

quod inter Preceptorem & disciplinæ ejus
alumnum intercedit, non miraberis, si TVAE
partem felicitatis capiens TEcum lætitiae socie-
tatem inivero. Gaudeo ergo, quod illi Magistri
dignitatem publica autoritate collatam gratulari
possim, quem mihi sortis benignitas litterarum &
disciplinæ domesticæ Magistrum pridem induisse-
rat, suavissimoque contubernio junxerat. Si fidei
& integritati, cui amplissimum olim templum
consecravit antiquitas, stat honor suus & sua mer-
ces est, sola in me fide TVA & perpetua solertia
summos honores dudum merebare. Dexteritas
TVA morumque humanitas affectusque in me
TVI perpetua dulcedo semper ceperunt omnium
animos, & omnes TIBI titulos, omnium ma-
gnam de TE existimationem impetraverunt. Sed
quia virtus sibi ipse pretium est, prestitit TIBI
seros honores petere, quam immatuos affectare.
Hos, si alia non attingam, vel sola in expectando

patientia **TIBI** vindicat. **Summum Numen,**
quod omnia moderatur rerumque cursus dirigit
flectitque, boscē **TIBI** honores fortunae propen-
sioris auspicia & rudimenta esse jubeat. Sequan-
tur illos omnium bonorum perpetuitas & largissi-
ma copia ex unico bonorum fonte clementiori al-
veo in **TE** derivata. Ut virtutem **TVA M**
& merita honor, ita honorem uberrimi illius fru-
ctus semper comitentur. His si addere aliquid
voluptatis mea pietas & obsequium poterit, illud
nulla temporum serie, nulla fortunae varietate in-
terpellatum iri sanctissime spondeo. Fidei certe
TVAE omni semper amoris honorisque cultu,
dexteritati & affectui omnibus officiis studiisque
respondere allaborabo. Ceterum cum novo quasi
faedere Musis conjunctus sis, in posterum & Mu-
sis meis præsidium præbere **TVAE** que doctrinæ
& humanitatis fructum mihi porro indul-
gere non dedignaberis. Vale.

78 M 496



TA-DO

K018

b7



Magnificus miles Dacorum Hisp.
Praecepit omni potenti capta
Procedere

VIR O
NOBILISSIMO ATQVE DOCTISSIMO
IO. SIGISMVNDO

NSIO,

ORVMQVE SVORVM

ERATORI

IN ACAD. LIPS.

ARTII, A. R. S. & Iccxx.

II HONORES

ARI VOLVIT

STEGERVS,
NIOR.

SIAE,
NVELIS TITII.

